

pertus in cap. 2. Exod. figuratum in fiscella, in qua Moyses custoditus fuit, ut legem Dei promulgaret, sic & Paulus in sporta liberatur, ut legem Christi per totum Orbem evangelizaret. Sporta conficitur ex junceis marinis, & palmis, in junco marino denotatur Baptismus, in palma victoria, denotatur ibi quod predicatio Baptismo per Paulum in toto mundo Christiana milita trophaus erat erigendus.

201. Verf. 26. Cum autem venisset in Jerusalem, tentabat se jungere discipulis. Græcus habet se agglutinare discipulis intimo vinculo Charitatis cum illis uniri, maxime Petro, utpote totius Ecclesie capiti ad hoc venit Jerosolymam, ut ipse ait ad Galat. 1. n. 18. Et omnes timebant eum. Arabicus: Pertimescebat eum. D. Chrysofom. Timebant adhorere illi. Na ejus Baptismus in Damasco forte non erat omnibus notus, & esto esset notus cum Paulus abiret in Arabiam, dubitabant, an tanto tempore fuisset mutatus, & ad vomitum rediret, & maxime cognoscebant eum esse ingenio sagaci, atque solerti, & fieri poterat, ut se fingeret fidelem ad explorandos Christianos ut eos accufaret.

Act. 9. n. 27. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, & narravit illis, quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

Num. 28. Et erat cum illis intrans, & exiens in Jerusalem fiducialiter agens in nomine Domini.

Num. 29. Loquebatur quoque gentibus, & disputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum.

Num. 30. Quod cum cognovissent fratres, duxerunt Cæsaream, & Tharsum.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE X.

202. Verf. 27. Barnabas autem apprehensum illum adducens secum Paulum ob intimam familiaritatem cum illo a pueritia, & ut suum condiscipulum sub Gamaliele magistro, de cujus conversione semper fuerat maxime sollicitus, & eum admonebat. Duxit ad apostolos Petrum, & Jacobum Galat. 1. num. 18. ut notant Beda, Glosa, Lyran. & ad alios discipulos, ut advertit Chrysofom. Et narravit eis Barnabas, quomodo Saulus in via vidisset Dominum, hoc Barnabas accepit a Saulo tanquam intimo familiari suo, & quomodo in Damasco prima, & secunda vice fiducialiter egerit, Oecumenius strenue se gessisset. Vatablus: Libere locutus fuisset. Pagninus, Fortiter. Ethiopic. Docuisset in nomine Iesu, Arabicus. Manifestasset nomen Iesu, utpote nomen veri dei Salvatoris, ac veri messie.

203. Verf. 28. Et erat cum illis intrans, & exiens. Pagninus, Cum illis versans. Græcus Ingressus Phrasis est Hebraica id est familiariter cum illis agens ac manes illis, eisque adherens, cumque Paulus esset tanta sapientia plenus, eos tanquam Magistros sequebatur. In Jerusalem per quindecim dies, ubi commoratus est cum Petro, & Jacobo, ut ipse ait ad Galat. 1. n. 18. Fiducialiter agens in nomine Domini. Ethiopic. Cum fixo corde, & credendo in nomine Domini.

204. Verf. 29. Loquebatur cum gentibus. Hæc vox gentibus in multis Codicibus non habetur, ut in grecos

Syriaco, & Gothico, tam nostra vulgata emendata jussu Clementis VIII. eam habet, sic multi alii, loquebatur cum gentibus, ut meliores, & laudiores fierent, de quo quæst. sequenti, & cum ipsi se videret convicti, & non possent respondere manibus se ar-mabant, ut eum interficerent, ut notat D. Chrysofomus.

205. Verf. 30. Duxerunt eum Cæsaream. Syrus, Duxerunt nocte, ut ita securus abiret, quod Paulus dei mandato fecit, nam nocte deus illi in templo præcepit apprensus, ut exiret de Jerusalem infra cap. 22. n. 17. In Cæsaream, quæ a philippo Tetrarcha cognominata est Philippi, deinde navigavit Tharsum, quæ est Civitas Cilicie Patria Pauli Vide dicta supra Verf. 11.

QUÆSTIO XXIX.

Quare D. Paulus conversabatur cum gentibus, ac Græcis, qui in eum tot machinabantur insidias, ob quas in varias terras profugus abiit?

206. Nota difficultas hujus quæstionis est ut videbitur cap. sequenti. Primus conversus ex Gentilitate extitit Cornelius baptizatus a d. petro: Unde primo respondeo, quod dicitur in textu, quod hanc conversabatur, & disputabat, non tamen dicitur, quod eos convertisset, & ideo secundo Bellarm. larminus lib. 1. de Rom. Pontifice cap. 22. ait Saulum disputasse cum gentibus, non eos ad fidem adducendo, sed Christi fidem defendendo à multorum calumniis. tertio Sanchez existimat, quod hæc con-tigerunt post conversionem Cornelii, & quod d. Lucashic adjunxit ea, quæ pertinebant ad Saulum, & hoc multas patitur difficultates.

207. Quarto alii & probabilius cum gentibus, & Græcis, hoc est Græcis annibus, hoc est cum Judæis natis in Græcia, quorum Patres ob persecutionem Antiochi in varias terras dispersi sunt, & ideo in Græcia nati, & educati sunt, indeque lingua Græca loquebantur. Huic expositioni favet Syriacus qui vertit: Loquebatur cum Judæis, qui sciebant Græcè.

208. Existimo tamen, quod cum dicitur à Petro ex gentilitate fuisse primo Cornelium Centurionem, hoc est publicè, ut personam magnæ nobilitatis, & nominis: Philippus namque convertit æthiopicam Regionem Candacis, ut vidimus cap. 8. ad finem, & Paulus postquam baptizatus est Damalci, & fugies per tres annos commoratus est in Arabia, non possum mihi persuadere, quod Spiritus Pauli per tantum tempus ibi extiterit otiosus, absque eo, quod magnum Dei ibi peperisset fructum.

209. Ideo gentiles, & Judæi disputantes cum Paulo & ab eo conclusi, atque convicti, ut minime illi possent respondere, & etiã quod eorum aliqui rationibus documentisque Pauli persuasi ad fidem converterentur, ideoque machinabantur eum occidere, quapropter fugit in Cæsaream, & Tharsum, & peregrinari cepit per alienas terras, ut inde ejus meritum jam multum excrecere inciperet.

210. mandat Deus Abrahamo, Egrede de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, genef. 12. n. 1. & statim subdit: Egressus est itaque Abraham sicut præceperat illi Deus. Et quomodo sic tam generose exivit, nesciens ad quam terram abiret, & si quam viam incederet rectè tamen sciebat, quod si à Patria exularet, apud deum concivis erat, & cum eo cohabitabat, illiusque possessor erat. D. Hieronymus epist. 28. ad Lucin. ait: Reliquit Mesopotamiam, querit, quod nescit, ne perdat, quod invenerat. Non enim arbitratus est, simul se habere posse patriam &

Abrahamus peregrinus in deo habitabat. Multipliciter, & passim in Veteri Testamento Deus dicitur: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, Exod. 3. n. 6. Ad quod alludens noster Apostolus Hebræor. 11. n. 13. ait: Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, acceptis promissionibus, & à longe eas aspicientes, & salutantes, & constrenses, quia peregrini, & hospites sunt super terram, ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Non confunditur eorum Deus vocari, ac dici, id est Deus gloriatur, ac se jactat, quod eorum Deus nuncupetur, & quoniam eorum merito forsitan ob jejunia, mortificationem, & disciplinas, ac aculeos, & gladios perpeffos minime? Sed quia peregrini, & hospites super terram. Tanti meriti, tantique valoris est apud deum relinquere patriam, ac propriam terram, & peregrinari per terras alienas in obsequium Dei, ut talium servorum, Deus insigniter, ac peculiariter magnificetur, seque illorum Deus dici velit. D. Chrysofom. in Psalm. 113. sic ait: Ideo non confunditur Deus, propter quam causam? Quoniam confessi sunt esse hospites, & peregrinos, & nihil habere commune cum presentibus, sed se juncti ab his, quæ ad hanc vitam pertinent, ita debebant in aliena. Ita debebant per terras alienas, ut omnino separati à presentibus rebus sæculi vitam ducerent.

211. Multipliciter, & passim in Veteri Testamento Deus dicitur: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, Exod. 3. n. 6. Ad quod alludens noster Apostolus Hebræor. 11. n. 13. ait: Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, acceptis promissionibus, & à longe eas aspicientes, & salutantes, & constrenses, quia peregrini, & hospites sunt super terram, ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Non confunditur eorum Deus vocari, ac dici, id est Deus gloriatur, ac se jactat, quod eorum Deus nuncupetur, & quoniam eorum merito forsitan ob jejunia, mortificationem, & disciplinas, ac aculeos, & gladios perpeffos minime? Sed quia peregrini, & hospites super terram. Tanti meriti, tantique valoris est apud deum relinquere patriam, ac propriam terram, & peregrinari per terras alienas in obsequium Dei, ut talium servorum, Deus insigniter, ac peculiariter magnificetur, seque illorum Deus dici velit. D. Chrysofom. in Psalm. 113. sic ait: Ideo non confunditur Deus, propter quam causam? Quoniam confessi sunt esse hospites, & peregrinos, & nihil habere commune cum presentibus, sed se juncti ab his, quæ ad hanc vitam pertinent, ita debebant in aliena. Ita debebant per terras alienas, ut omnino separati à presentibus rebus sæculi vitam ducerent.

Act. 9. n. 31. Ecclesia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & edificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur.

Num. 32. Factum est autem dum Petrus pertransiret universos deveniret ad Sanctos, qui habitabant Lyddæ.

Num. 33. Invenit autem ibi hominem quendam nomine Æneam ab annis octo jacentem in grabato; qui erat paralyticus.

Num. 34. Et ait illi Petrus: Sanat te dominus Iesus Christus, surge, & sterne tibi, & continuo surrexit.

Num. 35. Et viderunt cum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: Qui conversi sunt ad Dominum.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE XI.

212. Verf. 31. Ecclesia quidem. Græcus, Arabicus, D. Chrysofom. Ecclesia in plurali, refertur ad Ecclesias particulares Jerusalem, Galilææ, & Samariæ, quæ omnes faciebant unam Ecclesiam universalem: Habebat pacem. Arabicus Pacificè erant. Ethiopic. Ambulans pacificans. Cessaverat jam tempestas persecutionis, quæ facta est morte Stephani anno 34. Christi, agebatur modo annus 39. sex annis post Christi Ascensionem.

213. Evangelista facit hic mentionem hujus pacis, ut ait D. Chrysofom. & Oecumenius, ut denotaret, quod sacri Apostoli tanquam generosi milites, quamdiu duravit bellum fixo pede steterant in Jerusalem, at facta pace ad alias Provincias abierunt ad predicandum Evangelium. Lyranus ait, ut indicaret causam, ob quam Discipuli securè potuerunt Paulum ducere in Cæsaream.

214. Causa hujus pacis extitit divina Bonitas, nam post tempestatem serenitatem præbet. Tobias. 3. n.

22. Post tempestatem tranquillitatem facis, & post laborem Tobia ebrymationem, & stertum exultationem infundit. Congruentia vero, quia ut refert Tertullianus in Apol. c. 5. Tertullianus. Cum audisset Tiberius ea, quæ Christus gesserat in Syria, eum ut Deum habendum, ac venerandum retulit ad Senatum. Senatus quia non prior probaverat, respuit. Cæsar in sententia mansit comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Idem scribit Eusebius in Chron. anno ultimo Tiberii, & semper Paulus, ac Magnates nutum, & favorem Principis amulantur.

215. Edificabatur. Syriac. Multiplicabatur. Arabicus Constructa erant. Multum enim numero, & virtute crescebat congregatio fidelium, hi tamquam lapides vivi edificant domum Dei, quæ est Ecclesia, eph. 2. n. 2. & rationem tanti augmenti subdit: Ambulans in timore Domini. Syriacus: Pergebat. Ethiopic. Proficiens in timore Dei, quod includit omnem observantiam legis Dei, & secum adducit omnia bona Ecclesiæ. 40. n. 28. Timor Domini sic Eccl. 40. cur Paradisus benedictionis.

216. Et consolatione Spiritus sancti. Arabicus: Gratia Spiritus sancti. Ideo Spiritus sanctus dicitur paracletus, Joan. 14. n. 16. Et quamvis omnes tres Divinæ Personæ sint nostri consolatores, unde Paulus ait: Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, 2 Corinth. 1. n. 3. tamen Spiritus sanctus in signiter, ac peculiariter dicitur consolator; quia ipse suis donis nos fovet, lætificat, ac recreat.

217. Verf. 32. Factum est autem. Syriacus: Cum Petrus perlustraret urbes. Petrus, ut supremum totius Ecclesie caput, & ut optimus Pastor, ut advertit Chrysofomus visitabat fideles, qui erant in variis Judææ locis, ut eos adjuvaret, firmaret, ac corroboraret in fide, & etiam, si necessarium fuisset, de communibus bonis provideret: Munus superioris est suos visitare, & cum Jacob hoc per se ipsum non potuisset præstare ad hoc destinavit Joseph, Gen. 37. n. 14. Vade, & vide si cuncta sint prospera erga fratres tuos, & pecora.

218. Deveniret ad Sanctos. Arabicus: Deveniret ad fratres Sanctos. Sic in illa primitiva Ecclesia vocabantur fideles, ut patet supra ex verf. 13. Quarta mala fecit Sanctis tuis, quia vocati erant ad sanctitatem, ac sanctificationem in Baptismo.

219. Lydda erat Civitas ad mare inter Joppen, & Jerusalem, una ex undecim Judææ toparchiis, id est majoribus, ordine quinta, de ea fit mentio, 1. Machab. 11. tempore D. Hieronymi, ut ipse testatur de loc. Hebræic. c. 17. dicebatur: Diopolis, id est Civitas Jovis, nunc vero dicitur S. Gregorii, in ea fuit decollatus, & sepultus, in ejusque honorem templum magnificentum extructum est, ut refert Adrichomius in descriptione terræ Sanctæ.

220. Verf. 33. Invenit autem ibi hominem, non casu, sed divina Providentia dispositum, nomine Æneæ. Alii, ut Syriacus legunt Anas. Æneas vox est Hebraica, & etiam Syriaca significans hominem pauperem, & humilem, Æneas Latinum nomen est. Ab octo annis jacentem. In quo numero aliqui Patres varias rationes morales considerant. Glosa Ordinaria mundum jacentem, in quo sunt quatuor plagæ, & totidem temporum plagæ. Arator octavum circuncisionis diem, alii alias, quæ non faciunt multum ad rem.

221. Verf. 34. Ait illi Petrus, Ænea. Unde d. Petrus agnovit ejus nomen? Sanè per suam propheticam scientiam, deinde tanquam Optimus pastor agnovit oves suas, easque nominatim nominat. Sanat te Dominus Iesus Christus. Sic legunt Latina, Græca, Syriaca exemplaria, Glosa, d. Gregor. lib. 20. Moral. c. 13. & alii per modum optativi sanet te Domine.



Beda. d. Cyril.

222.

Joan. 5. Leont. d. Aug. Syriac. Oecum.

223.

Græcus.

Josep. 12.

Isai. 35.

... & in eundem omnia recidunt sensum: Dominus Jesus Christus, ut fieret evidens, quod Petrus non sua virtute, sed Jesu Christi dicebat: Surge a lecto, in quo jacebat, moraliter D. Cyrillus, d. Greg. Beda, quia Christus D. suos milites non vult desides, torpentes sed diligentes, ac veloces.
Sterne tibi, non ut ibi permaneat, sed ut componat & secum asportet, ut Christus imperavit illi alio Joan. 5. n. 8. Hic etiam faciebat Christus ad evidentiam miraculi, ut notavit D. Cyrillus, Chryso- stom. Leont. D. August. ad citatum locum Joan. magna coram inimicis, ut credantur, multa cautela necessaria erat. Continuo Syriac. eo momento. Oecum. Proletis verbis sanitas consecuta est.
Vers. 35. Viderunt omnes perfectam, & consummatam sanitatem ex ta n longa infirmitate desperata sanitate. Saron, vel Assaron, ut est in Græco Mons est, & in monte Urbs egregia, quam Josue cap. 2. expugnavit, & inde tota Regio Campetris à Cæsarea Palestinæ usque ad Joppen vocatur Saron, estque valde pinguis, & fertilissima, cujus fertilitas denotabat magnam fecunditatem, uberesque fructus, quos Petrus sua prædicatione ibi produxit, ac protulit ut ait D. Hieronymus de locis Hebraicis, & tunc adimpletum est illud Isaiæ 35. n. 21. Gloria Libani data est ei, & decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini.

QUÆSTIO XXX.

Quare D. Petrus non interrogavit hunc Paralyticum Vis sanus fieri. Et Christus interrogavit illum alium in piscina?

224. d. Chry. Oecum. Joan. 5. Ad c. m. mune bonum.

Quæstionem hanc excitant in præsentia D. Chryso. Oecum. Cur Petrus non interrogavit hunc Paralyticum. Vis sanus fieri, ut Christus D. interrogavit illum alium in piscina, Joan. 5. n. 6. Respondent citati Sancti Patres, quod D. Petrus hoc faciebat miraculum non tantum ob bonum particulare hujus hominis, sed ob bonum commune, ut alii videntes tantum miraculum fieri in nomine Jesu, ejus fidem reciperent, aliique credentes magis in fide firmarentur.

226.

Secundo existimo, quod iste Aneas erat Christianus, ac fidelis, qua propter tam ingens sanitatis beneficium promeruit etiam sine precibus, ejus tamen cordis affectus clamavit ad Dominum: Desiderium cordis ejus tribuisti ei, præveneris eum in benedictionibus dulcedinis psalm. 20 n. 34.

227. Exod. 14. Fuit desiderium, ac necessitas clamor. d. Patch.

Cum populus Israëliticus venisset ad littus maris rubri, & vidisset post se venientem pharaonem cum exercitu copioso, totus populus vociferans, clamavit, & non legitur quod moyses clamaverit, & tamen ait illi Deus: Quid clamas ad me? Exod. 14. n. 15. Si Moyses ne verbum quidem protulit, quomodo dicitur clamare? D. Paschafius in Thren. ait: Clamabat Moyses ardore Charitatis; ejus charitatis fervor ipso tacente grandi, altaque voce clamabat.

228.

Miseria magis exorat, quam clamor. Luc. 15.

prodigis ille filius in se reversus determinat apud se venire ad patrem, multisque verbis bene compositis ab eo misericordiam expostulat: Cum adhuc longè esset vidit illum Pater ipsius, & misericordiam motus est, & occurrens cecidit super collum ejus, & oscus aus est eum. Luc. 15. n. 20. Cur tam cito occurrit pater tot, & tantis benevolentia signis eum amplectens, & deosculans, cur non expectat, ut suis verbis misericordiam exoret, sed absque ullo ejus verbo sic occurrit? pallor vultus, faciei macies, squalor vestium, ac propria miseria magis exorabat, quam clamor, ac gemitus omnium; Guer-

Guætic.

ricus Abbas serm. in Sabbathum 2. Quadrages. ait: Sic festinabat absolvere reum à tormento conscientia quasi plus cruciaret misericordem compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui. Sic festinabat succurrere misero cujus miseria magis affligebat patrem quam miserum filium.

Act. 9. n. 36. In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, qua interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosinis, quas faciebat.

Num. 37. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lavissent posuerunt eam in Cœnaculo.

Num. 38. Cum autem prope esset Lydda ad Joppen, Discipuli audientes, quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum rogantes: Ne pigriteris venire usque ad nos.

Num. 39. Exurgens autem Petrus venit cum illis, & cum ad venisset, duxerunt illum in Cœnaculum, & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE XII.

Vers. 26. IN Ioppe. Interpretatur decor, ac pulchritudo, Urbs est nobilissima, ut cum Josepho testantur D. Hieron. Adrichomius de locis Hebraicis, & est antiquissima, utpote ædificata à Iaphet filio Noe sita in edito promontorio ad mare, arce, & moenibus bene munita, de qua sæpe fit mentio in libris Machabæorum. Hæc suo litore excepit Ionam vomitum à bellua marina. In hac petrus hospitatur apud Simonem Coriariam, & inde in honorem D. Petri sacellum est constructum. In hac recipiuntur viri transmissi de Cæsarea à Cornelio Centurione, in qua nostra Tabitha resuscitatur à vivo petro, & hodie est communis portus transeuntium ex Venetia ad terram Sanctam.

229. Joseph. d. Hier. Adrich.

Quædam discipula. Mulier Christiana, & fidelis, sic in primitiva Ecclesia vocabantur Christiani discipuli, vel discipula. Nominis Tabitha. Hebræum ex Syro, & idem valet, ac cerno, video. Quæ dicitur Dorcas, & idem valet, ac Caprea, vel Damula, de quo quæst. sequenti. Plena operibus bonis. Syriacus Dives operibus bonis, prout erat conveniens, & Syriac requirebatur in Christi discipula, unde ille Episcopus arguit Apocalyp. 13. n. 2. Non inveniuntur opera tua plena coram Deo. Nempse correspondentia tuæ Episcopali dignitati.

Magna in hac Crivata.

230. Apoc. 13.

Vers. 37. In diebus illis, ut infirma moreretur. Syriacus: Adversa valetudine laboravis per dies illos. Arabic. Fuit in istis diebus afflicta, & appropinquavit ad mortem. Textus: Quam cum lavissent Glossa Interlinealis: Cum lavissent unguentis. Hæc erat antiqua consuetudo ad nobilium corpora valde pretiosis unguentis, de quo multa dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. agens de Christi sepultura. Posuerunt eam in Cœnaculo, ut in altiore, & ampliore loco.

231. Syriac. Arabic. Interlin.

Vers. 38. Cum autem prope esset Lydda, in qua erat Petrus. Syrus: Erat Urbs illa ad crepidinem Ioppe, ac proinde parva distantia. Miserunt duos viros, Christi exemplum secuti, qui suos discipulos binos mittebat. Ne pigriteris venire. Syriacus: Ne cunctaretur. Vatablus, Pagninus, & Tigurina, Ne gravaris, Æthiopic. Ne venire cuncta: etur.

232. Syrus. Vatabl. Pagnin. Tigurin. Æthiopic.

Vers. 39. Exurgens Petrus, indilatè, ut subveniat suis,

233. suis.

Æthiop.

fuis. Duxerunt eum in Cœnaculum. Æthiop. Adduxerunt eum ubi fuisse corpus ejus. Viduæ flentes ostendentes tunicas, ut illis ostensis manifestaretur pietas, & charitas tabithæ, simul & orbitas tam piæ matris, ac protectricis.

moratur, evadit ignos, evadit incendia, ob hoc solum quod domum suam patrefecit hospitibus. Vide supra cap. 4. q. 20. n. 149. 150. 151.

QUÆSTIO XXXI.

Quare noster sacer Evangelista exponit nomen Tabitha, quæ dicitur Dorcas, id est Caprea.

234. Exponitur voces.

Ommitto hic varias mutationes literarum, ac syllabarum, quas aliqui Authores hic faciunt ex radice Græca, solum ad intentionem nostri sacri Evangelistæ accedo, dum nomen Tabitha video, & cerno ex Græco exponit quod dicitur Dorcas, quod ex Græco idem valet, ac Caprea, ut hoc symbolo hujus nobilissima, ac piæ feminae declaret.

235. D. Chry. sult. Cantic. 8.

primo fuisse castam, timidam, verecundam, imo & virginem, ut ait Chryso. st. fugisse à conspectu, ac consortio virorū, qualis est dorcas juxta illud Cantic. 8. n. 14. Fuge dilectè mi, assimilare Caprea, hinnulo; cervorum super montè aromatum. Secundo, quia, ut testatur Plinius lib. 28. c. 11. Dorcades seu Capreas ac acutissimo pollere visu, & nō lapides, sed aquè die ac nocte videre, quo denotatur perennis contemplatio hujus feminae die, ac nocte in cœlestibus.

236. d. Hier.

Tertio, quia ad montana virtutum conscenderat: Caprea semper montana petunt, ut notat D. Hieron. in cap. 45. Ezechielis. Quarto Caprea velocissima, ut notat theodoretus Philo Carpathius, talis ista in suo proposito exequendo, quinto allegat Carp. Origen. ad prædictū locum Cantic. Caprea serpentes extrahunt ex suis cavernis & occidit, sic & ista sanctæ vivēs demonū machinationes destruebat, corūq; infidias, ac tetationes coculcans occidebat.

237. Cantic. Prov. 5.

Sexto Caprea dat lac suavissimum, ac utilissimum, in quo denotatus amoris gratia, ac eximia charitas benevolentia juxta illud Cantic. 2. n. 9. Similis est dilectus meus Caprea, hinnulo; cervorum. Et Prov. 5. n. 19. Cervus charissimus, & gratissimus hinnulus, quo symbolo significabatur Tabitha eximia benevolentia, ingens charitas, qua prosequabatur, & qua omnibus gentibus cuncta providebat.

238.

Gen. 17. Opera in pauperes thesaurum bonorum. d. Chry. sult.

Cum elezasset oculos Abrahamus, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cum vidisset occurrit in occursum, & dixit: Domine si inveni gratiam ne transgas servum tuum, Genes. 18. n. 2. Et eos hospitio in domo sua recipit, ad quid tā velociter occurrit. Cur tam festinus in eorum obsequium, ut plenam mensam pane, butyro, vitulo apponat. d. Chryso. st. hom. in dictum pauli: oportet hæreses esse, ait: Accurrebat enim ministrabat, dominos appellat, thesaurum innumerabilium bonorum se invenisse putabat. Abraham vir magnus, & præclarus, peregrini viri humiles, & pauperes apparebant, tamen Abrahamus eos benigne excipit, eos Dominos appellat, tamquam dominos ad mensam ministrat, tamquam Theaurum innumerabilium bonorum.

239.

Gen. 19. Ex misericordia panperibus exhibita felicitas.

Veniit duo Angeli Sodoma tāquā duo viri quos hospitio recipit Loth qui postea dicitur ei: Habes hic quempiam tuorū; generum, filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de urbe hac; delebimus enim locum istum, Genes. 19. n. 12. Unde tantum bonum Loth, univèrsaque ejus familie, ut in communi omnium incendio, ac devastatione illi soli incolumes, superstitēs evasissent nullam aliam virtutem agnoscim⁹ in Loth, nisi quod illos peregrinos in domo, ac familia reciperet, indeque tantum bonum in totā familiam redundavit. Origen. homil. in cap. 19. Gen. 1. ait: Loth in Sodomis habitabat, alia ejus bene gesta nō legimus, hospitalitas in eo sola ex usu veniens me

Origen.

QUÆSTIO XXXII.

Quare non cum infirmatur Tabitha sed tantum cum ipsa mortua est mittunt discipuli ad Petrum?

Ad quæstionem respondet Oecumenius, & ait: Hoc autem non fecerunt, priusquam moreretur indignum judicantes ob talia vexare discipulos, & à predicatione evellere; nam etsi propterea dicit quod non in periculis erat locus, id enim per modum successive operæ petebant, siquidem discipula erat. Non Petrum vocant cum infirmatur, ne ex qualibet causa viderentur bonum spirituale omnium cōmune prædicationis impedire, sequentes Christi exemplum, qui contempsit maternum, ac fraternum affectum ne à prædicatione revocaretur. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei. Matthæi. 12. n. 49.

240. Oecum.

Prædicationis munus non impedientium.

Secundo dicitur Tabitha erat plena bonis operibus, & eleemosynis, quas faciebat ne videretur quod discipuli erant adstricti, ac obligati ejus beneficentia advocant petrum, ideo ab hoc se abstinere modo, ne aliquis odor avaritiæ, aut propitiæ commoditatis in eis appareat, qui maxime exulare debet à Christi discipulis. Dicebat Paulus. 1. Corinth. 6. n. 12. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

241.

1. Cor. 6. d. Ambr.

Acceptis nempe muneribus D. Ambr. ibi ait: Noluit ab his accipere, ne causa vitris, vigor Evangelicæ veritatis torpesceret; si enim ab eis acciperet, quos in tantis vitis arguebat, auctoritatem ministerii concessam à Domino inclinabat. tantus minister Evangelicus, ut esset expeditus, & liber in suo munere exequendo, ne ejus vigor, & auctoritas torpesceret atque hebetaretur. Noluit ab his accipere quicquam & auctoritatem ministerii concessam à Domino inclinabat, accepto nempe munere.

242.

tertio quandiu Tabitha infirmabatur non vocatur Petrus; quia tunc fortè per humana media, ac medicinalia sperabatur, quod ipsa posset cōsequi salutem, & ideo auctoritas Petri tunc non postulabatur; at vero postquam mortua est nullum suppetit in naturalibus remedium, tunc ad opem Dei per Petri intercessionem toti se convertunt.

243.

Transacto mari rubro Populus iter faciens per desertum, venit ad quandam locum, qui vocabatur Mara, aqua erant amarissima, ita ut populus eas bibere nō posset, de quo multum erat populi murmur: Clamavit Moyses ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas in dulcedinē versa sunt. Exod. 15. n. 25. Multa, & magna mirabilia fecit Moyses virga sua in Ægypto, mare rubrum divisit, cur ipsa virga non tangit aquas, ut dulcescant, sed à deo præcipitur injicere lignum ostensum. Illud lignum, ut est communis sententia habebat naturalem virtutem, ut ejus injectione aqua commutarentur in multa dulcedinem, & aderat ubi naturale medium, miraculosa virga non fuit interponenda. Jansen. ait: Quorsum Dominus ei aliquid certum lignum ostendisset, vel arborem, nisi illud naturale ex natura sua virtutē inditam habuisset; Nam alioquin virga ejus, qua reliqua operabatur miracula ad miraculi operationem suffecisset. Idem ferè habet Episcopus Gandævus.

Exod. 15.

Ad id, quod naturaliter fieri potest non requiritur miraculum. Jansen.

Cum Christus D. ad suscitandum Lazarum accessisset, ait circumstantibus. Tollite lapidē. Joā. 11. n. 39. Si Christus D. intendebat Lazarum è monumento ad vitam evocare, cur etiam suo imperio lapidem non amoveret, hoc ex industria humana fieri potuit vero suscitare è monumento sola dei virtus præstare, X poterat

Gandæv.

244. Joā. 11.